



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. X. Allegatio Asianorum de tempore Paschae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

Occidentalibus Episcopis, contra Asianos, & dicentibus, quod non liceat aliquando, nisi in die Dominica, in qua Dominus surrexit, dominicum Paschæ celebrare mysterium, & in hac sola solvendum esse jejunium.

C A P. X.

Allegatio Asianorum de tempore Paschæ.

Affirmantibus econtra Asianis, & maxime Polycrate Ephesiorum Episcopo, qui inter eos primatum agere videbatur, quod ab illo intemerato die Paschæ, in quo, secundum Evangelium; etiam ipse Dominus suum Pascha celebravit, nihil licet addere aut subtrahere, ut ultra XIV. diem, vel infra, celebraretur: prætententibus etiam antiquum morem & majorū traditionem, & dicentibus, quia Philippus Evangelista, qui cum suis filiabus dormit in Asia, & Ioannes Apostolus, qui supra pectus Domini in Cœna recubuit, nec non & Polycarpus discipul⁹ ejus observaverunt. Tandem autem inspiratione divina plurimis in unum concordantibus, & sanioris fidei & scientiæ Episcopis, promulgatum est solenne decretum à Victore Romano Pontifice de Paschæ concordia: & subscriptibentibus venerabilibus Episcopis, Narciss⁹ Hierosolymitano, Theophilo Cæsariensi, Irenœ Lugdunensi, cum cæteris Episcopis Galliarum, & confirmantibus, quod in Dominica die Resurrectionis Christi mysterium Paschæ debeat omnimode celebrari.

G 3

HAY-